

viveret congregatio sanctorum fratrum Cisterciensis institutionis, qui dicte sancte trinitati et beate virgini iugem in eodem loco impenderent famulatum et nostri nostrorumque domesticorum, familiarum et progenitorum sanctorum haberent memoriam apud deum. Non habentes igitur locum in nostra proprietate tali constitutioni convenientem obtinuimus a duce Ludegero rege facto per commutationem predii Muerstidi et ville Beleheuen villam 5 et destructum castrum regium Volkerot cum omnibus pertinenciis et proventibus, uti eos beneficia regis comes Thuringicus possedit et nunc renunciavit, ita tamen ut advocatia apud eum et suos posteros nunc et semper manere deberet. Postquam hec ita nobis, ut decet, tradita sunt cum pace et benedictione venerabilis patris Adelberti episcopi Moguntinensis et sui capituli congregacioni supradicte monachorum Cisterciensium contulimus 10 nominatum destructum regium castrum Volkerot ad exstruendum habitationem et ecclesiam et villam adherentem cum xxiiii mansis silva Morlingensi et omnibus redditibus ad utendum pro sua necessaria sustentacione, prout abbas perpetuo iure proprietatis illam ordinat. Addidimus insuper nostram villam Boedhem cum xii mansis et decimas, que in villis Irrichen et Marhesleuen ad nos pertinebant. Donavimus etiam ius parochiale ecclesiarum 15 in Tenigebroch et Blechenrot et fructus dehinc venientes. Precamur, ut monastica congregatio maneat in devotis serviciis domini et matris eius benedite et aucionem nostre donationis cottidie accipiat. Beati vos, si in recto tramite perseveranter ambuletis, male vobis, si eleemosinas degluciat in concupiscentiis. Qui devocionem vestram per opera caritatis promovet et bona opera addit, sit benedictus in hoc et futuro. Qui vestram con- 20 gregacionem praviter turbat et sustentacionem minuit et rapit, sit in ira vindicis celestis et Satan rapiat eum sine purgacione in abissum. Hec est voluntas nostra, consilium advocati nostri et consensus cognacionis nostre. Dominus recordetur operum nostrorum in bonum. Anno domini mcxxx., indictione xiii, felicis nostri augusti. Testes, quos convocavi ad rei facte firmitatem, fuere presentes. Gunther de Hohensten advocatus, Ecart de Lohra, 25 Heuning de Geremar, Henricus de Nordhusen, Bernhard de Trefurt, Vlricus de Schunenberg, Iring de Arenberg, Hermann de Bodhem, Ludolf de Traebebach, Conrad de Salfildi, Leupold de Guttern, Mangolt de Builstidi, Iohannes de Fresendorf, Adelbertus de Gotha, Alfried de Kurner, Otto de Pischal, Wichmann de Schludenhem.

*Erzbischof Adalbert I. von Mainz überläßt dem Kloster Hilwartshausen den Zehnten der dortigen Villa. — Zeuge: Graf Hermann.* 1130.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Hannover.*

*Gedr.: Scheidt, Nachr. vom hohen und niedern Adel 560. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXV, 225.*

— — Ad hanc donationem solidandam testes adhibui. De liberis. Comitem 35 Herimannum, Meginfridum, Dudonem, Gebehardum, Rübertum. De ministerialibus. Cûnradum, Lambertum, Adelbertum, Hawardum, Arnoldum, Hugonem, Didericum, Cûnradum, Dimonem, Fridegozum, Heinricum. Hoc autem ut nullo tempore evi facile infringi